

ILLVSTRI AC GENERO.
SO D. D. OCTAVIANO SECUNDO
FVGGERO, BARONI KIRCHBERGAE ET VVEISSEN-
horni, S. Cæs. Mai. à consiliis, Reipub. Augustanæ
Duumviro, Domino & Patrono suo summa
observantia honorando,
S. P.

VMI LLVSTRI ET GENEROSE BARO, MVSICÆ,
artis nunquam satis laudatæ, ea sit ratio, ut non in politicis tantum rebus
insignis eius usus appareat; sed maximè in sacris & Ecclesiasticis: jure in
illam non minus operæ, quam in ullam aliam disciplinam liberalem, confe-
rimus. Ac quantum ipsa communi vita serviat, neminem latet. Cernimus,
eos qui laboribus perfunguntur gravissimis, hos ipsos accinendo quipiam lenire. Convivia
quacunq; grata & accepta haud existimantur, nisi harmonia sive organica sive hominum,
sive utraq; etiam conjuncta ita illa temperentur, ut conviva, antea subtristes, extra se ve-
luti rapiantur hilaresq; reddantur. Quæta vero eius vis sit in Ecclesia: cùm sacra litera nos
docet, tū ipsa experientia. Sumus enim naturæ segniores ad virtutis studiū: cuius præcepta ut
aliquid quasi agentibus instillaretur: divina providentia hoc velut remedium esse voluit, quo
ad sacra perdispendia homines invitarentur. Hinc psalmodiae, hinc hymni: quibus par-
tim erudimier, partim Deum omnis boni autorem celebramus. Quæ de causa Liturgiæ
quoq; instituta sunt, sive (ut verius dicam) id genus cantica, que in illarum administra-
tione adhibentur, ut cœlestis illius Musica sitim in nobis accenderent. Quod genus Li-
turgica melodemata ut & componerem, & in lucem ederem; persuaderi mihi sum passus:
quibus ne patrocinium deforet, ea Illustri Generositati Tua consecrare volui. Eius me can-
sas adferre, vix necessarium arbitror. Norunt enim hic quam plurimi, que Illustris
G. Tua propensa voluntas, qui ardens sit amor in pium illum Musica usum: norunt, que
ab annis jam quatuordecim eiusdem Ill. G. T. in me, artis illius divina studiosum, be-
neficia extent. Ut igitur aliquod animi grati ostenderem indicium; hos Liturgiarum mo-
dos sub Illustris G. Tua nomine publicavi: quos eo velim animo excipiat, quo me hæte-
rus complecti non est dignata. Illustris G. T. bene valeat, cuius in clientelam me com-
mendo. *Augusta Vind.: Calend. Septemb. Anno M. D. IC.*

Illustris G. T. observantiss.

eidemq; deditiss: servus

Ioann: Leo Hasler.